



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CXXXVIII. Romana donationum de Alaleona. De eadem materia
potestatis gravandi fideicommisso honoratum in bonis propriis seu jure
proprio competentibus; Et in specie, An in vim reservationis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

& infra in *Romana donationis de Sylla dis. 140.* Et consequenter cessante jure jam quæfato per donationem, quodque totum penderet à dispositione testamencaria, cum hæc restricta esset ad solos masculinos, hinc proinde feminæ extrâ illam remanebant.

Atque hinc superflua remanebat inspectio, An sub nomine filiorum in donatione enunciatorum venient etiam feminæ, & sic an masculinum conciperetur femininum, stante quo versabamur in contractibus, super quo scribentes hincidè multum se diffundebant, atque desumendo ab eis, nimium quoque se dilatarat hujus cause decisiones, quoniam hujus inspectionis necessitas caderet quando filiorum vocatio in donatione esset perfecta & dispositiva, adeo ut reservata facultas percuteret solum accidentia, quorum omnia non tolleret substantiam, juxta casum de quo d. dis. 118., sed cum vere percuteret substantiam, atque talis vocatio esset imperfecta, nil referre videbatur, an tub masculino conciperetur femininum, nec ne, dum etiam ipsammet masculinum nullam habebat perfectam vocationem.

Sed quando de hoc agendum esset, adhuc probabilis pro non inclusione feminini sub masculino juxta secundam resolutionem mihi videbatur, non quidem ex juris regula seu conclusione, quam generaliter deducebant scribentes tam pro Ratis quam pro Anna, quod in contractibus, aliusque concessiōnibus inter vivos masculinum non concipit femininum, quoniam ut advertitur supra in *Faventina dis. 39.* & in aliis, ista propositione percutit casum concessionis exorbitantis, & quam, vel ipsius concedens vel tertii, seu pro publico bono interfit quo magis fieri potest restringi ac strictè interpretari, puta quia agatur de concessione feudalí vel embryteutica, quam concedentis interfit strictè intelligi, ut ita citius ad cum fiat suorum honorum reversio; Sive de privilegio immunitatis à publicis oneribus, per quod vel ipsi concedenti, vel alii subditis ob onerum augmentum prejudicatur, cum similibus, in quibus intret illa ratio differentia, qua dignoscuntur inter contractus & ultimas voluntates, ut in illis stricta, in ipsis vero largi & benigna interpretatione facienda sit, sed ubi hæc ratio celata, quia nempe dominis seu alias fideicommissum ordinantis nihil interfit concessionem seu fideicommissum restringi ad unum genus tantum, Tunc nulla subesse videatur probabilis ratio, ob quam neganda sit dicta comprehensio, indubitanter cessantibus contrariis conjecturis admissa in ultimis voluntatibus, atque istud videtur unum ex consuetis legistarum equivalentibus seu erroribus confarcinandi conclusiones & autoritates, in suis casibus quidem veras, in casibus tamen omnino diversas & incongruas; Et nihilominus, ut in precedentibus ad tertium, in hac materia comprehensionis feminini sub masculino, cum id non sit omnino certum ac absolum in jure, ubi etiam pro regula tenenda sit opinio affirmativa vele magis recepta, adhuc tamen est comprehensio praesumpta ex diversa disponentis voluntate sine dubio eligibilis, ac propteræ dicta testamentaria dispositio deservire poterat pro declaratione seu probatione animi, & voluntatis donatoris, de quibus scilicet filii in dicta reservations intelligere voluerit.

De ultimo puncto libertatis bonorum prætense per Annam hæredem masculi ultimo defuncti, ego non egī, cum esset questio inter Rattos & Annam, nihilque interesset eorum, pro quibus ego scriberem; Verum ex præmissis de consequenti resultabit.

Cardin. Luca de Fideicom.

re videbatur resolutio ad favorem substitutorum, quoniam si verum est, ut supra quod ex ipsa donatione nullum jus filii eriam masculis quæsumum est, quodque reservatio percuteret substantiam futuri fideicommissi, unde propterea ipsorum filiorum jus totum penderet à testamentaria dispositione, hinc sequebatur, quod non poterant impugnare gravamen, quod resultabat ab illa dispositione, à qua eorum vocatio resultabat.

ROMANA DONATIONUM DE ALALEONA.

PRO
MONASTERIO SS. DOMINICI
& SIXTI
CVM
SERVANTIIS.

Casus decisus per Rotam pro Monasterio, & postea concordatus.

De eadem materia potestatis gravandi fideicommisso honoratum in bonis propriis seu jure proprio competentibus; Et in specie, An in vim reservationis adjiciendi vincula & fideicommissa in donatione facta contemplatione matrimonii, adjici possit fideicommissum ad favorem extraneorum post filios defectos.

S U M M A R I U M.

- 1 Acti series.
- 2 Resolutiones causa.
- 3 De puncto controversia.
- 4 An religiosi professi succedant in fideicommissis remissive.
- 5 Falsa donatione contemplatione matrimonii non possunt in præjudicium filiorum adjici onera.
- 6 Deservendum est capitulus potius, quam instrumento.
- 7 Paciens de vinculo, vel alia facultate in uno casu censetur dare libertatem in altero.
- 8 Facultas reservata disponendi intelligitur intra genus voluntatum.
- 9 Habens facultatem intra certum genus non potest illud egredi.
- 10 Quod ubi non est donatio perfecta, sed promissio de donando, & non adest stipulatio, an actus sit revocabilis.
- 11 Quando promissio de donando importet perfectam donationem.
- 12 Verbum promisit importat stipulationem.
- 13 Patri acceptatio prodest filiu nascitur.
- 14 Quod non debet attendi figura verborum, sed substantia voluntatis.
- 15 Ex quibus deprahendatur substantia voluntatis.

D I S C . CXXXVIII.

In capitulis matrimonialibus initis super matrimonio contrahendo inter Franciscum

Ez 2

Alaleo-

Alaleona, & Claram Rivaldam, Paulus sponsus patruus propulit contemplatione illius matrimonii donare nonnulla bona sposo ejusque filiis, prius masculis deinde sceminiis, reservata sibi facultate adjiciendi in instrumento desuper confiando substitutiones in eventum in quem filii ex dicto matrimonio procreandi cedent abfque prole; In instrumento autem postmodum confecto ordinavit reciprocum inter dictos filios & descendentes, in quorum omnium defecum substitui filios ac descendentes Palumbini Servantii, quibus non extantibus vel deficientibus substituit Capitulum Sancti Petri; Cumque adhuc vivente dicto Paulo donator obiisset sponsus, superstitibus Paulo masculo, & Hortensia scemina, idem donator approbando dictam donationem, aliam fecit cum eisdem substitutionibus ad favorem dictorum filiorum eorumque descendencie prius scilicet Paulo deinde Hortensia; Defuncto autem post donatorem dicto Paulo junio, re sine prole, de tempore quo præfata Hortensia foro jam professionem emiserat in Monasterio SS. Dominici & Sixti; Hinc fratres de Servantiis pretendere coepierunt factum esse casum dictæ substitutionis ad eorum favorem; Et introducta causa in Rotam coram Verofio inter ipsos, & Monasterium ex persona dictæ Monialis, Assumptaque disputatione in iudicio possessorio associacionis, cum juxta frequentem currentem stylum, sine præjudicio possessorii, atque etiam ad illius effectum mandatum esset videiri de bono jure, assumpta super hoc disputatione, sub die 28. Ianuarii 1656. proditi resolutio Monasterio favorabilis confirmata 25. Maij 1657., quarum prima est decr. 116. par. 12. rec., deindeque honesta concordia controversia finem dedit.

In hujusmodi aurem disputationibus, scribentes hincidè assumebant extrema rigorosa, Siquidem defensores substitutorum pretendebant ex tunc factum esse casum substitutionis, non obstante superexistencia dictæ Monialis, quæ tanquam filia ex eo matrimonio procreata in prima donatione expresa vocata erat, & in secunda, nedum expresa sed specialiter ac nomine appellativo, ex eo fundamento, quod ratione professionis in Religione habenda esset pro mortua, ac insuffessibilis ob contemplationem a donatore agnationem; Econverso autem ego & ceteri pro Monasterio scribentes, non solum pretendebamus indubitatum esse successionem Monasterii durante vita Monialis, recte compatibilem etiam in fideicommissis perpetuis ac ulteriore tractum sine dubio habentibus, ex iis que in hac materia successionis Religiosorum plures habentur supra dise. 63. & 64. cum sequen., sed quod bona contenta in prima donatione facta contemplatione matrimonii, in eadem Moniali effecta essent libera ob invaliditatem substitutionis adiecta in instrumento inito in executionem capitulorum matrimonialium, & sic duo erant puncti ut supra.

Super primo, reflectendo etiam ad solam veritatem, modica dignoscatur difficultas, quoniam licet scribentes in contrarium pro substitutis plura deducerent desumpta ex Altograd. conf. 96. lib. 1. super incapacitatem seu exclusione Religiosorum, Attamen quoties ea non est expressa, sed pretendi deducitur ex conjecturis, ista debent esse nimium urgentes, quales vel nunquam, vel raro ad hunc effectum tales dici possunt, quoties non concurrat ratio conservationis ac permanentia bonorum in agnatione & familia, juxta ea que in hac materia habentur deducta supra dicto dise. 63. & sequen., quæ in his disputationibus etiam deducebantur, Unde cum dicta

ratio agnationis non urget, dum concurrence cum cognatis, atque conjecturæ, que docebuntur, essent vagæ & generales, ut plena advenit in hujus causa decisionibus. Hinc primum quod pertinet ad jus Monasterii durante vita Monialis, consequenter quoad punctum principalem determinatum obtinendi professionem bonorum, tenebatur omnino plana.

Dificultas versabatur super altero puncto huius bonorum, quæ ex parte Monasterii præcubatur ob ineffaciem substitutionis, ita Monialis defuncta, penes ipsum perpetuo remanserit perinde ac si dicta substitutione facta non esset, sicut non polita & subsistente, pretendi non posset defectus ex regula, quod Monasterium fundato loco filii, cum facti circumstantiae hujusmodi, filiationem claræ ac expresse excluderent.

Pro dictæ autem substitutioni invaliditatem fectu potestatis dicti donatoris eam ordinamus cebamus Ego & ceteri pro Monasterio scripti, atque Rota amplexa est motivum, quod in huius natione non cadebat quicquam, an filii nati ex matrimonio, cuius contemplatione facta est, certe vocatio necne, dum eorum vocatio era expedita litteralis; Minusque intrabat altera, de qua difficiliter, an masculinum conciperet femininum, sub nomine filiorum venirent etiam feminæ, pariter expresse, ac litteraliter omnes virgines, cum ordine tamen prælationis vocati, unde propteræ intrabar vulgaris regula rem illæ aut ille fit de legatus tertio, quod in claris & sensib. non intrant questiones & argumenta; Quod, posita etiam non comprehensione feminæ sub masculino, effectus erat idem, dum pars dicti masculi, ob intestaram successionem, in denunciiali, ac Monasterio consolidata fuerat.

Posita vero dicta expresa vocatio, fuitque bus per capitula matrimonialia jus quidem exinde dicebamus, ac Rota admisit, relatare substitutionis infectionem ex defecutione, scilicet non poterat donator ex intervallo postulare, ac irrevocabilem donationem revocare, vel disnovere, seu alijs onera adiicare in re ampliata ad terminos texius in l. perfecta Cod. de donis p. 11. mod. 1. cum ibi notatis, & in his terminis speciebus, Rota apud Seraph. decr. 12. num. 12. cum sequenti 37. n. 6. & 14. num. 2. par. 7. rec. brev. Fons p. 1. claus. 9. par. 1. num. 4. cum sequenti. &c. illi. Eti in hujus causa decisionibus, in quibus causa manu firmatur propositio hodie receptissima, quæ infra in Bonor. de Pepli. dis. 179. & in Rota Casali Veteris sub tit. de emplois dis. 14. ac frequenter, quod in concurso capitulorum instrumenti potius deferendum est capitulis contibus verba partium ac substantiam eorum velatis, quam in instrumento continent verba Nominis, constet de voluntate facienti novationem, et non admittendam, quatenus fiat personam contibus, qui distrahere poterant, quod in praesenti vestitu non poterat, dum hujusmodi donatione non facta erat sposo, sed etiam filii nascitur, instrumentum præjudicium ipse sponsus primus donator, consensum præstare non poterat, ut hoc consentiat, & post jus eis qualisdam adiaceat, et id non conceditur de consensu donatoris & ceterorum in hujusmodi donationibus contemplatione matrimonii, quæ soli sposo quæruntur, scilicet illis suis interessibus, quod nostri vocant fermentaria bonorum, & uxoris, ut advertitur in precedentibus pluribus in sua materia sub titulo de donis, Mo-

minus & absq[ue] dubio, ubi agitur de interesse primario, in quo filii ac descendentes dicuntur principales donatarii, cum tunc non solum in hujusmodi donationibus contemplatione matrimonii habentibus aliquod magis speciale, sed in quibuscumque aliis in differentibus, gesta per primum donatarium aliis prejudicare non valeant juxta firmata in Romana donationis de Andosilla, de qua infra discut. immediatè sequuntur, & passim.

Et quamvis in ipsis capitulois matrimonialibus, in quibus totum fundamentum ex hac parte constitueretur, contineretur expressa facultas adjiciendi in instrumento postea celebrando substitutiones & vincula. Dicebamus tamen ego & alii pro ista parte scribentes, ac Rota in hujus causa decisionibus admisit, talem facultatem percutere casum, quo matrimonium solveretur per mortem sponsi sine filiis, ut aliqua capitulorum verba denotare videbantur, ideoque facultas praedicta operari non poterat ultrà casum expressum; Quinimò quod per argumentum à contrario sensu, in casu existentia filiorum, ita potius conventum esset de libertate, dictæ que facultatis exclusione, ex iis, quæ à similiex doctrina "art. in l. post dorem numer. 27. ff. solut. matrim. & aliis habentur apud Buratt. conf. 205. num. 23 & Thesaur. decif. 237. num. 11.

Et ulterius, quod quando etiam dicta facultas complecti deberet casum, quod filii extarent, intelligentia veniret intra ipsum genus vocatum ipsorum filiorum, in quibus terminis loquuntur Molin de ritu nuptiarum lib. 3. quest. 24. n. 29. & sequens Catech. de donat. tract. 2. disc. 1. speciali 7. à n. 27. ad 31., putato quod inter ipsos filios & descendentes servari debet ordo præstitionis inter sexum masculinum & femininum. Sive etiam quod præscriberetur ordo primogenitura, qui alias absque dicta reservatione ex intervallo præscribi non posset cum similibus, non autem, quod licitum esset eosdem filios ac descendentes gravare ad favorem extraneorum, facultas enim disponendi intrâ certum genus, infra illud tantum est exercibilis, sed egredi non potest, ex iis quæ habentur apud Buratt. decif. 744. num. 9. & 10. cum aliis in Firmana primogeniture disc. 33.

Agnoscentes alterius partis defensores vim motivi, verè solidi, ac irrefragabilis, quatenus dicta reservatio ita resticta esset, confugiebant ad motum insinuatum in Romana primogeniture de Cardellis disc. 135., quod scilicet capitula matrimonialia non continerent donationem perfectam, sed simplicem promissionem de donando, cumque non haberent juramentum, minusque explicitam stipulationem Notariorum, vel implicitam contentam in obligatione camerale, de plano intrare dicebant regulam textus in l. quiores Cod. de donat. qua sub mod. ad theor. Bart. ibidem plenè reassumptam per Decian. conf. 7. num. 112. lib. 1. Rovit. decif. 89. Fab. de Ann. conf. 32. num. 1. cum aliis de quibus supra dicto disc. 135., & sic quod de consensu sponsi primi donatarii id fieri potuerit, dum filii nascituris jus quæsumus adhuc non esset ob carentiam stipulationis pro eis.

Istud motivum ita simpliciter, ac de per se consideratum, reflectendo etiam ad veritatem, nullam habebat substantiam, ideoque meritò in decisionibus rejectum fuit; Quatenus enim pertinet ad priam partem, quod non ageretur de donatione perfecta, sed de simplici promissione de donando, ut in precedentibus advertitur, iste punctus videtur hodie iam soptimus per magistralem decisionem in Rom. donationis de Cafellanis coram Coccino dec. 98. par. 6. rec. passim receptam, quod scilicet aliqua difficultas

Cardin. Luca de Fideicom.

tas cadere potest quoad translationem dominii bonorum, quæ medio tempore inter promissionem & actum perficiem ad alterius favorem facta essent, Secus autem quoad ipsum promittentem pro facilitate panitendi seu alias minuendi jus promittario quæsumus; Et quod defectum stipulationis, illa adesse videbatur, stante verbo, promisit, quod eam importat ex deductis apud Buratt. dec. 149. n. 3. decis. 373. num. 7. & decis. 788. n. 2. Rot. decis. 7. par. 7. rec. nu. 7., atque dum dictum verbum prolatum erat cum sponso primo donatario, qui promissione accepserat, ista sufficit pro illis nascituris, pro quibus pater recte stipulatur, ut cæteris relatis firmatur 13 dec. 40 p. 9. rec. n. 20. & seq. & per tot. repetit. post Zach. de oblig. Camer. decis. 189 & in aliis, de quibus in hujus causa decisionibus.

Quamvis autem siud motivum verè ita substantiam remaneret, adhuc tamen mihi supererat non levis difficultas circa dictum intellectum attributum reservata facultati adjiciendi substitutiones, quod scilicet resticta esset initia ipsum genus filiorum, nam licet aliqua verba capitulorum id præseferre videbentur, attamen attenta regula, de qua frequenter in præcedentibus ac sublequentibus, attendendi magis substantiam voluntatis quam corticem & figuram verborum, & quæ regula non solum vera & recepta est in ultimis voluntatibus, sed etiam in actionibus inter vivos, ex deduct. per Manic. de Tac. lib. 2. tit. 7. num. 1. & 2. cum seqq. Buratt. decis. 113. num. 7. Merlin. decis. 692. num. 46 Romana fidejussionis 24. Maij 1660. Veropio. & frequenter.

Attenta verò substantia & eritatis, nimium probabile videbatur, quod id ab initio fuisset in intentione donatoris, dum in subsequenti instrumento, 15 non solum intervenit, atque consensum præsticit ipsi sponso primus donatarius, sed etiam intervenierunt pater seu frates sponsi, qui dici solent interestati pro filiis procreandis in hujusmodi donationibus, qui verisimilitè talentum consensum prædictalem non dedissent, nisi talis ab initio fuisset tractatus, ac intentio donatoris dictis intentionis insinuata. Accedente etiam secunda donatione post dissoluciom matrimonii facta eidem filiis cum repetitionis ejusdem oneris, ex quo actu duo resultant. Primo adminiculum dictæ voluntatis ab initio habita; Et secundo quod conferre possent ea quæ habentur disc. seq. super adjectione oneris adjecti super bonis contentis in prima donatione intuitu augmenti facti per secundam, ideoque hujusmodi difficultates, nè dum libertè consuluti concordiam, sed in ea aliquam habui cooperationem, cum reflectendo ad veritatem, mihi aliqua supereffet occasio dubitandi de juribus Monasterii post mortem Monialis, cujus tamen vita durante, jus ejusdem Monasterii erat indubitatam.

ROMANA DONATIONIS DE ANDOSILLIS.

Consilium pro veritate.

De eadem materia ordinandi, vel prorogandi fideicommissum, sive aliud onus adjiciendi in bonis propriis

Ecc 3

illius